

Consensus Vladislai regis super emptione
oppidi Czeszkowice

331.

Vladislaus Dei gratia rex Poloniae Lithua-
niaeque princeps supremus et haeres Rus-
siae &c. Significamus tenore presentium
quibus expedit universis tam presentibus
quam futuris notitiam presentiam habi-
turis. Quomodo attendentes pure fidelitatis
merita et multiplicium constantium merito-
rum, quibus nobilis Clemens advocatus de
Drezowice fidelis noster dilectus nostre
placere meruit maiestati, et in futurum au-
cto fidelitatis studio prestantium poterit com-
placere; horum intuitu volentes ipsum spe-
cialis gratiae prerogativa provenire, et ad
obsequia nostra plus solito reddere prompti-
orem, sibi oppidum nostrum Czeszkowice
in terra et districtu Diecensi situm a no-
bili Procopio Dyenanszer de Huszlowa, et
nobili Helena consorte eius moderna re-
lictæ olim Zofia magistro coquinae nostri
in ducentis cum quinquaginta maris mone-
te et numeris in regno decurrentis, quadra-
ginta et octo grossos in marcam quantilibet
computanda eximere indulimus et dedimus

de gratia nostra singulari. In quibus quidem
 ducentis cum quinquaginta maris predictum
 Clementem volentes reddere certiore, eidem
 oppidum prefatum in huiusmodi ducentis
 cum quinquaginta maris, damus, donamus
 assignamus, inscribimus per presentes et
 largimur per ipsum heredes et successores
 suos legitimos cum omnibus utilitatibus,
 fructibus, censibus, redditibus, proventus,
 nec non attinentiis, pertinentiis coherenti-
 is ad ipsum oppidum quomodolibet spe-
 ctantibus ab antiquo et pertinentibus,
 prout Domavath Rora et demum Proco-
 pius prefati tenuerunt, habendum, tene-
 dum, usufruendum, quiete et pacifice possi-
 dendum tam diu quousque ducentis cum
 quinquaginta maris predicta sibi aut suis
 successoribus legitimis per nos aut successores
 nostros fuerint persoluta integraliter et quo-
 ad plenum. Quibus solutis, predictum oppi-
 dum ad nos et ad successores nostros redire
 debet pleno iure contributionibus et stationibus
 nostris regalibus semper salvis. Harum quibus
 sigillum nostrum est appensum testimonio lite-
 ratum. Datt in Nicopolonice ipso die Sancto

Elizabeth 1^o Dni 1455. Relatio vblis Vladislai de oporcio electo
 Eclie Vladislai R. P. Vicecancellarii.
 Ja Kopia wrypisana z oryginalu pargaru
 1785 d. 25. Aprilu, od ktorego dzenwana
 jest pieczec.